ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Mirifice me afficere, Vir doctiss.e Regni Britannici decor et elegantia; nisi sic mavis, majestas et amor. neque facile dixerim, an unquam hactenus vivius te clariusque superaveris. Nonnullas periodos Principibus vili facundiâ explicui; quâ si quid autoris laudi detractum ivi; neque enim aliter fieri potuit; amori imputabis et fraterno affectui, quibus exprimendis si par essem, nemini vel barbaro ignotus viveres. Postremis versiculis eos quorum interest præcipue devinxisti: neque aptiori voto claudi Epithalamium potuit, quam ut ea quae Cælum sociavit Mare ne separet. Indolui serio, cum Heenvlietius nunciavit sero sibi exemplaria in Angliam allata fuisse; ut fere ipsis illa decollasse videatur. Opposui me tamen, et viam, nisi fallor, indicavi, quâ tam bonae sementis missio trans mare accessisse non adeo sit δυσχερές. si quidem amore te prosequitur quem profitetur, et meritus es; altero non inferioris notae Carmine. Ineptia tantillum ere quod à Pepe meo profectum est, ut ab amiciss.o Vicofortio pridem accepisti, boni consule. Si doctiores Proceres nacti essemus, ditiores docti fierent. Nunc Eis utere meum.

Quid agas rerum, quid meditêris, aut pangas, qui cum Tessela convivias et rivalibus, quam mox Epigrammata nra cum censuris remissurus sis, scire cupio; et te valere, mi Amice, quam athletice, ut ego quidem valeo.

In Castris ad Gennepam XIII. Cal. quintil. CIↃIↃCXLI.

Tuus totus
Huygens

Spectatissimus amicis Hinckelmanno et Vicofortium et Boxhornium meo Epigrammate Eos fratrem sinat. Dabo et ego eundem operam, oblatâ occasione.

Nostri Boxhornij s. D.

Pap 2.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
PAP 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2739

© Universiteitsbibliotheek Leiden
PAP 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2739

© Universiteitsbibliotheek Leiden
PAP 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2739

Amplissᵒ doctissᵒ viro
d. Caspari Barlaeo, d. m.
Professori Philᵒ ordinario

Amstelodam

L

© Universiteitsbibliotheek Leiden
PAP 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2739